

laude in Illustri hoc Stipendio Peregrini, cœu Patriæ
Istius Filii, clementissimè sustentamur. Pro quo *Ma-*
xximi affectûs argumento TUÆ SERENITATI Totius
Venerabilis Consistorii Evangelico-Hungarici; Præ-Nobilis
item atque Generosissimi Domini, Stephani Wytnyedi, Me-
coenatis nostri Optimi Nomine, & grates ago, ar-
ardor quas concipere potest humanus, Maximas, & gra-
tias Nos agere debere longè prolixiores quali quali hâc
gratæ mentis testificatione publicè profiteor. Est qui-
dem istud, quod *Virtutibus TUIS* erigo submissæ ve-
nerationis monumentum *Tanto Favore* longè humi-
lius: Summis tamen, ima sæpiùs placuisse non est du-
bium. Porrò, quod ex me pertenuè est, *Maximis votis*
expleo, ut Perennis Misericordiarum Fons Florentissimam Stir-
pis Württembergiæ Arborem novis subinde Gratia Fluen-
tis irriget, tandemq; in Hortum Paradysi cœlestis transplan-
tet, ubi Fons TRINITAS, ubi Flos CHARITAS, ubi Fructus
ÆTERNA est FELICITAS, & FELIX ÆTERNI-
TAS! Ita voveo, ac in simul

Tantæ Celsitudinis Fastigium

Cum decenti
Subjectissimorum Obsequiorum Submissione
pronus adoro
Michael A'cs, Hungarus, Th. Stud.